



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

A Gregorio IX. Creati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

bornensi Episcopus Cardinalis Sabinus, scripsit, vt notat Eifengrein,

Constitutiones Synodales de Ecclesiastica disciplina Clero Padebornensi.

A GREGORIO IX. CREATI.

IOANNES FRANCIOGIA de Abbatis-villa Gallus, ex Archiepiscopo Bisuntino Cardinalis, eruditionis non postremæ à non nemine habitus, Theologiæ documenta Lutetiæ perdidicit, vbi & eadem aliquot annos prælegit, Legatusq; in Hispaniam missus, crucem in Saracenos prædicauit. Hunc Hispaniâ remeantem Sanctus Raymundus de Pennaforti subsequutus est, valido & irresolubili mutæ & indeclinatæ necessitudinis nexu, astrictè deuinctus.

Sermones de Tempore lib. 2. luce donauit. &
Sermones de Sanctis lib. 2. vt notat Trithemius.
Expositionemque in Cantica Cantorum. Obiit
circa annum 1240.

SINIBALDVS DE FLISCO ex Lauaniæ Comitibus, Genuensis, ob insignem eruditionem Azonis, Accursii, & Iacobi Balduini, documentis quæsitam, Cardinalitiâ & Pontificiâ dignitate exornatus, Pater & organum veritatis, Canonistarum splendor, & Iuris Pater à multis Iuris vtriusque peritissimis viris indigitatur, eiusque singularia opera à Bartholo sæpè citantur, scripsit

Interpretationes ad vetus Testamentum.
Apologeticum de potestate Ecclesiastica contra
Petrum de Vineis.

Commenraria in quinque libros Decretalium,
Autenticas.

Regulam Clarissarum.

Vitam S. Guilielmi Episcopi Briocensis, quem inter sanctos retulit.

Epistolas decretales, aliasque plures, quæ extant apud Mathæum Parim, & alios,

Regestique eius volumina quinque in Biblioth. Vaticana seruantur. Iacet in Cathedrali Neapolitana, cum hoc Epitaphio.

Hic superis dignus, requiescit Papa benignus.

Latus de Flisco, sepultus tempore prisco.

Vir sacer & rectus, sancto velamine tectus.

Vt iam collapsa mundo temeraria passo,

Sancta ministrari vrbs posset quoque rectificari,

Concilium fecit, veteraque iussa refecit.

Hæresis illisa tunc exiit atque recisa,

Mœnia direxit, recte sibi credita rexit,

Stravit inimicum Christi colubrum Fridericum.

Ianua de nato gaudet sic clarificato.

Laudibus immensis, vrbs tu quoque Parthenopenfis.

Pulchra decore satis, dedit hic sibi plurima gratis,

Hoc titulauit ita Vmbertus metropolita.

Innocentio 4. Pontifici maximo de omni Christiana Republica optimè merito, qui natali Sancti Ioannis Baptistæ an. 1241. Pontifex renunciatus, die Apostolorum Principi sacrâ coronatus, Quum purpureo primus pileo Cardinales exornasset: Neapolim à Conrado euersam S. P. restituendam curasset, innumerisque aliis præclarè & propè diuinè gestis, Pontificatum suum quam maximè illustrem reddidisset. Anni 1254. Beate Lucie virginis luce, hac luce cecidit. Annibal de Capua Archiepiscopus Neapolitanus in Sæctissimi viri memoriâ, aboletum vetustate epigramma restituit.

RAYNALDVS ex Comitibus Signiæ Gregorii Papæ 9. nepos Cardinalis, demūq; Alexander Papæ 4. vbi pri-

mum Præfulatus curę confederant, aliquid semper quod ingenium saperet, edidit: scripsitque

Epistolas Decretales, aliasque plures quas habes apud annales Steronis, & additamentum Mathęi Parisii.

Epistolas etiam plures vnico libro colligauit.

Regestique eius volumina duo in Biblioth. Vatic. seruantur. Obiit an. 1261. eo præsertim nomine clarus quod Alberrum magnum. Ecclesię Ratisponensi præfecerit.

OTHO CANDIDVS de Alerano ex Marchionibus Montisferrati Cardinalis Gregorii 9. per Angliam & Scotiã Legatus, cum in fiderali sciētia excelleret, scripsit De Astrologia, vt refert Cortesius. Obiit Lugduni anno 1251. Ibidem in Ecclesia Prædicatorũ sepultus.

IACOBVS DE VITRIACO ex Argētolio vico Diacel. Parisiēsis, Cardinalis, Romã emissus Crucem in Albigēses hæreticos Ecclesiã extrusos Apostolicę sedis Legatus prædicauit, officiũq; in Legatione præstitit, scripsit Historiã Orientalē, cum esset Episcopus Achonēsis. In 4. Euangelia.

Contra Sarracenos.

Sermones in Epistolas, & Euangelia totius anni, ante annum 1575. nunquam editos.

De sanctis mulieribus Leodiensibus.

Vitam S. Marię de Oignies lib. 2.

Epistolasque ad diuersos. Obiit anno 1240. Sepultus in Ecclesia S. Marię d'Oignies.

AB INNOCENTIO III. CREATI.

OTHO DE CASTRORODVLPHI, Bituricensis diacel. Gallus, Cardinalis, & Episcopus Tusculanus, scripsit